



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VI. Quinam gaudeant privilegio immunitatis, seu exemptionis ab oneribus, & tributis impositis per principes sæculares?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

v. g. illud imponat, in utroque jure allato, decusum habetur, & constat etiam ex lege 1. C. De Epif. & Cler. tum quod hoc tributum titulo jurisdictionis personis jurisdictioni tali subiectis imponatur, qualiter subiectæ non sunt personæ Ecclesiasticæ; tum quod actiones illæ lucrosæ esse debeant, ratione quarum capitationis tributum imponitur, Clericorum autem actiones non sunt ad lucrum temporale faciendum, sed ad divinum, & animarum cultum, ratione quarum iusta illis, & congrua sustentatio debetur; tum quod denique plus gravarentur ut sic Clerici, quam Laici, cum illi ad charitativum subsidium suis Episcopis sæpe obligentur, non autem Laici.

Secundò, quod sint immunes Clerici ab oneribus personalibus sordidis, & vilibus, cloacatum v. g. purgandarum, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, &c. neque teneantur ipsi per se ire ad bellum, ut pugnent contra hostes, neque ordinariè cogi possint ad murorum custodiam contra hostes (nisi magna necessitas defendendi civitatem contra hostes infideles urgetur c. Pervenit 2. h. t.) neque cogi possint, ut hospitium militibus præbeant, in domibus suis, etiam patrimonialibus, &c. probant jura, & rationes allatæ, ac status Clericorum, qui divinis rebus occupari debet, & absque periculo incurrendæ irregularitatis vivere. Illa tamen civilia munera, quæ honesta de se sunt, & statui Clericali non contrariantur, uti sunt tutelæ proximorum consanguineorum, aut miserabilium personarum, vel earum curatellæ, &c.

possunt etiam Clerici in se suscipere, ut talia munera sint opera pia.

## §. VI.

*Quinam gaudeant privilegio immunitatis, seu exemptionis ab oneribus, & tributis impositis per principes secularia?*

POssissima quaestio est de Clericis in minoribus constitutis, aut primâ tonsurâ initiatis; non coepugnat & de colonis, ac emphyteutis. Licit in emphyteutis v. g. aut locata Ecclesiæ bona, & fundos habentibus, utuntur scilicet inamunes sint circa bona talia Ecclesiastica sibi elocata, à tributo, & oneribus per Principes secularia impositis; quod enim Clerici in majoribus constituti, quamvis excommunicati sint, & interdicti, irregulares, aut velut irregulari gradati, immunitatum talium privilegio gaudeant, certum videtur, eorum nihil taliter censuratis, vel notatis privilegio hæc adimi legatur: & sicut per tales censuras, aut similia, Clericatum non amittunt, ita nec amittunt privilegium immunitatum Clericali annexa: conjugatos verò Clericos (in nostrâ lingua Latina Ecclesiæ) quamvis cum una, & virgine contraxerint, & privilegio sui gaudeant, juxta c. unic. De Cleric. conjug. in 6. si conditiones ibi positas observent, hac tamen immunitate non privari probatur. De illis ergo non conjugatis Clericis, qui in minoribus constituti, aut primâ tonsurâ tantum initiati sunt, possissima quaestio est, utrum immunitate



tis huius privilegio gaudeant, putant aliqui post Trident. sess. 23. cap. 6. Derefor. eos privilegio hoc non gaudere, si conditiones ibi requisitas non habeant; alij tamen probabilis, & universalius respondent, eos privilegio hoc immunitatis gaudere, etiam si conditiones illas à Trident. requisitas non habeant, cum privilegium hoc omnes Clericos absolute à tributis talibus, & oneribus exemptos faciat, & nullibi in jure legatur, excipi ab hoc privilegio Clericos in minoribus, aut tantum consuratos; Tridentinum autem certas ibi positas conditiones tantum requirat, ut tales in minoribus, aut primà tantum consurati initiati gaudeant privilegio fori.

Ad colonos quod attinet, & emphyteutas Laicos, qui Ecclesiarum agros elocatos colunt, utrum immunes sint à tributis & gabelis per Principes sæculares impostis? de emphyteutis quidem dicendum est, qui Ecclesie fundos, & prædia in emphyteusim ab Ecclesia obtinent, quod ad solvenda onera, quæ ratione talium fructuum imponuntur, obligentur, cum enim dominium utile talium fundorum, ratione cujus onera talia imponuntur, totum ad illos pertineat, ac persona emphyteutez subiecta sit jurisdictioni imponentis tributa, consequenter ad hæc obligabuntur. Inter colonos vero distinguendum est, utrum sint hi scilicet coloni adscriptitij, quia terræ tali colendæ in perpetuum sunt adscripti, ita ut recedere non possint; vel utrum sint coloni partitij, ita ut certa pars fructuum ad illos & certa alia ad Ecclesiam pertineat; prioris casus coloni immunes sunt à solvendis talibus oneribus ex-

fundis Ecclesie, quos colunt, cum omne dominium utile ad Ecclesiam, vel Clericos pertineat, certà tantum pensione colonis talibus in laboris mercedem solutà; posterioris casus coloni, quoad partem quidem, quæ tota Ecclesia est, immunes sunt ab oneribus talibus, nec Ecclesia onerari videatur, non tamen immunes sunt quoad eam partem, quæ ipsorum propria est, cum enim personæ tales sint Laicæ, Laicæ jurisdictioni subiectæ, & totum dominium partis talis ad illas pertineat, nec Ecclesia huiusmodi tributis gravetur, non videtur, ex quo capite, aut jure ab oneribus Laicalibus videantur immunes.

§. VII.

*De pœnis violentiarum immunitatem Ecclesiasticam exigendo vel imponendo Ecclesiis, aut Ecclesiasticis personis, collectas, vel alias exactiones.*

**I**N c. Non minus 4. §. Si autem h. e. excommunicantur hi tales, ita ut tam ipsi, quam fautores eorum, dictam excommunicationem, ipso facto incurrant, si moniti desistere nolint, nec absolvi possint, nisi competentem satisfactionem fecerint, & in c. Adversus 7. h. t. non tantum statuitur, nulla esse mandata, & decreta, à sæculari magistratu contra Clericos collectandos edita, (cum talia à non competente iudice facta sint) sed statuitur etiam, ut excommunicatus ob prædicta etiam post officium depositum, tam ipse, quam ejus successor, nisi hic intra mensem satisfecerit, excommunicatus maneat, donec competenter satisfactionem fecerint, saltem ex

M. m. m. x.

bonis